



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XI. De cognatione spirituali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

nam matris, quando quaritur de servi-
tute vel libertate.

*l. 2. §. 5. D.
De statu
hom.*

2. *Quid si pater fuerit liber & mater
serva?*

Jure quidem communi ex matre ser-
va natus censendus esset servus, secun-
dum jam dictam regulam: attamen si
consuetudo Provinciae contra ferat, ea
non est improbanda, ut scilicet partus
conditionem patris sequatur, natusque
ex libero & ancilla sit liber, & ut liber ma-
trimonium contrahat. Idq; favore liber-
tatis, pro qua in dubio respondendum est.

*3 sup. De
conjug. ser
l. 20. De
R. I.*

De Cognatione spirituali.

TIT. XI.

Nihil aequè impedit matrimonium
contrahendum, aut dirimit contractum,
aut cognatio: eaque late patet, ut neque
cum cognatis spiritualibus, neque cum
cognatis legalibus contrahere liceat.

1. *Quid est Cognatio & quotuplex?*

Cognatio (generaliter accepta voce)
est vinculum quoddam eorum, qui
unum quasi nascendi initium commu-
ne habent: idque vel naturaliter ex
V 2 Jure

jure sanguinis, ut consanguinei; vel
 juris dispositione, ut qui per adoptionem
 aut spiritualement cognationem con-
 sunt. Atque hinc Cognatio trifari-
 dividi potest, in Naturalem seu san-
 guinis, Spiritualement, & Civilem five Le-
 gem.

2. *Quid est Cognatio spiritualis?*

Est vinculum ac conjunctio naturalis
 inter aliquos ratione Sacramentorum
 quæ spiritualia sunt, & quidem specia-
 ter ex Baptismi & Confirmationis colla-
 tione. Nam per hæc duo Sacramenta
 homo & renascitur spiritualiter, & per-
 fectior redditur Christianus. Ex dante
 vero aliorum Sacramentorum cognatio

e. ult. b. t. spiritualis nequaquam oritur, quæ
2. in 6. matrimonium impediatur vel dissolvatur.

(Confirmationem non esse sacramentum
 jam supra monuimus, multo minus indecognatio
 ritualement, quam vocant, cognationem. Neque
 enim confirmatio a Christo est instituta. At
 buere quidem veteres inter ritus baptismi
 peradditõs aliquam unctiõnem & Confirmati-
 õnem; sed ut ceremoniam indifferentem, ab Ec-
 clesia introductam. Vid. Joh. Gerbard. *Con-*
fess. Cathol. lib. 2. part. 2. art. 13.)

3. *Inter quos contrahitur hæc cognatio?*

Jure Decretalium contrahitur

baptizatum & illum, qui eum suscepit de
baptismo (quem *Compatrem* vulgo ap-
pellant) atque inter eundem baptizatum
& suscipientis filios & uxorem, imo et-
iam inter suscipientem, patremque ba-
ptizati & matrem. Quæ vero de susci-
piente dicuntur, eadem transferuntur &
ad baptizantem, iisdemque modis ex
Confirmatione cognatio spiritualis ori-
tur.

c. 1. h. t.
in 6.

4. Cur dicis *jus Decretalium*?

Quia jure novissimo per Concil. Trid.
hæc cognatio spiritualia admodum est re-
stricta, nimirum ut inter susceptores
(quos vel unum tantum, sive virum si-
ve mulierem, vel ad summum unum &
unam esse voluit) ac baptizatum ipsum,
& illius patrem & matrem, nec non inter
baptizantem & baptizatum, baptizatique
patrem ac matrem, tantum spiritualis co-
gnatio contrahatur. Similiter ut cogna-
tio, quæ ex Confirmatione contrahitur,
confirmantem & confirmatum, confir-
mante patrem & matrem ac tenentem
non egrediatur: omnibus inter alias per-
sonas hujus spiritualis cognationis impe-
dimentis omnino sublatis.

concil.
Trid. Sess.
24. c. 2. de
reform.
matrim.

5. Quotuplex est Cognatio Spiritu-
alis?

V 3

Du-

Duplex, Paternitas & Compaternitas. Paternitas contrahitur inter baptizantem & baptizatum, inter suscipiensem seu patrinum patrinamve & suscipiensem. Compaternitas oritur inter suscipiensem ex baptismo & parentem baptizati, quod ipsum & de cognatione orta ex Confirmatione est dicendum.

6. *Quis est effectus hujus Cognationis?*

Quod non tantum impediatur matrimonium contrahendum, sed etiam dirigitur contractum, utique inter eas personas inter quas cognationem spirituales contrahi diximus: idque ob peculiarem reverentiam, quam alter alteri debet. Verum natam hic ex Conc. Trid. compaternitatem, quæ ante oriebatur inter patrinum & parentes baptizati, necque fraternitatem esse sublatam, adeoque baptizatum cum filia patris recte contrahere matrimonium.

*Concil.
trid. d.
loco.*

(Prohibitio ob cognationem spirituales neque in Sacris Literis, neque in ratione fundata est. Unde merito in nostris Ecclesiis non attenditur. Vid. Joh. Gerhard. d. loc. d. corp. num. 367. & seqq.)

De Cognatione legali.